UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 4. De Bossenâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

IVRIS VENETI — *les Iſles des Venitiens dans leur Golphe.*

- Vegia : *Veglia*, vbi vrbs cognominis, & portus Salinarum pulcherrimus : hîc idioma ſingulare nec Slauicum, nec Venetum : à Frangipanis vendita fuit, & per prouiſorem Venetum adminiſtratur.
- Arba : *Arbe*, vino ac ſale diues ; ficus eius quoque laudantur.
- Pagantium : *Pago*, vnde ſalis plurimùm educitur.
- Bratia : *Labrazza*, vino & paſcuis diues.
- *Lezina* olim Pharos cum vrbe cognomine, vbi portus commodiſſimus ferè ſtatio præfecti maritimi. Melle, oleo, vino, croco abundat. Celebratur quoque piſcatione ſuâ, quoniam ad eam piſces ventis impelluntur.
- Corcyra : *Curzola*, Epiſcopi ſedes : ex quâ Veneti ligna deſumunt ad naues conſtruendas, aliàs ſterilis eſt.

§. 4. *De Boſſena*, Boſne, *ſeu* Boſſene, *ſeu* Boſſine.

SVPERIOR, ſeu **DVCALIS**, cuius Dux Sancti Sabæ, olim. Item dicta **HERZEGOVINA** à Turcis *Herzec*, nobis *l'Herzegouine.*

- **VAMMELVCHA** : *Banialuk*, aliter *Veinalykh*, nunc totius Boſſenæ metropolis, & Baſſæ ſedes verſus Dalmatiam, à quo ius petunt Saniaci Croaciæ & Dalmatiæ.
- Tinina, ſeu Tina : *Tine*, Dalmatis *Querca*, Epiſcopalis, à quibuſdam malè Dalmatiæ adſcripta, quia ab Archiepiſcopo Spalatenſi pendet : fixa eſt ad Titium Fl. vulgò *Querca.*

INFERIOR, ſeu **REGALIS**, *la Boßine inferieure.*

- **SERALIVM** : *Serraio*, nobis *le Serail*, in limite Seruiæ ad Fl. Boſnam, à quibuſdam metropolis totius regionis creditur : iuxta hanc Monaſterium B. Virginis à Plumbo dictum, vbi imago Virginis multa edit miracula, de quâ ſuprà in Hiſtoricis.
- Verboſania : *Verboſanim*, aliter *Verboſanien*, ad Fl. *Miliatzha*, quondam primaria regionis, nunc adeò defecit, vt careat mœnibus.
- Iaycza : *Iaycz*, ad Fl. Plenam, vbi Fl. Verinam recipit ; in monte cum caſtro munitiſſimo ſita eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN